

Deus nos vocat et illuminat.

Léctio Epístolæ secúndæ beáti Pauli apóstoli
ad Timótheum

1, 8 b-10

Caríssime:

^{8b} Collabóra evangélio secúndum virtútem Dei,
⁹ qui nos salvos fecit
et vocávit vocatióne sancta,
non secúndum ópera nostra
sed secúndum propósitum suum
et grátiam,
quæ data est nobis in Christo Iesu
ante témpora sæculária,
¹⁰ manifestáta autem nunc
per illustratióne salvatóris nostri Iesu Christi,
qui destrúxit quidem mortem,
illuminávit autem vitam et incorruptiónem
per evangélium.

Verbum Dómini.